



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

Caput XIV. De Pœnis contra Clericos Concubinarios.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

gebant cum præjudicio Ecclesiarum Sæcul.XVI.  
Cathedralium, & Parochialium: qua- A.C.1563.  
propter præcepit Synodus, ut semper,  
in quocunque loco sit sepultura, Eccle-  
siæ illi, ex qua defunctus Sacra-  
menta recepit, & Divino Officio interfuit,  
quarta funeralis, veluti legitima relin-  
quatur, quæ vulgo portio Canonica vo-  
catur: diversa vero est illius summa  
pro diverso locorum usu: in Galliis au-  
tem hæc portio non est usitata.

### §. LXXXVI.

#### *De Concubinariis.*

#### CAPUT XIV.

#### *De Pænis contra Clericos Concu- binarios.*

„Quam turpe, ac Clericorum nomine,  
„qui se divino cultui addixerunt,  
„sit indignum, in impudicitiae sordibus,  
„immundoque concubinatu versari, fa-  
„tis res ipsa communi fidelium omnium  
„offensione, summoque clericalis mili-  
„tiæ dedecore testatur: ut igitur ad  
„eam, quam decet, continentiam, ac  
„vitæ integritatem ministri Ecclesiæ  
„revocentur, populusque hinc eos ma-  
„gis discat revereri, quo illos vita ho-  
„nestiores cognoverit: prohibet sancta  
„Synodus quibuscumque Clericis, ne  
„concubinas, aut alias mulieres, de  
„quibus

Sæcnl. XVI. „quibus possit haberis suspicio, in domo,  
 A. C. 1563 „vel extra, detinere, aut cum iis ullam  
 „confuetudinem habere audeant, alio-  
 „quin pœnis a sacris Canonibus, vel  
 „statutis Ecclesiarum impositis pu-  
 „niantur: quod si a Superioribus mo-  
 „niti, ab iis se non abstinuerint, tertia  
 „parte fructuum, obventionum, ac pro-  
 „ventuum beneficiorum suorum quo-  
 „rumcunque, & pensionum ipso facto  
 „sint privati, quæ fabricæ Ecclesiæ, aut  
 „alteri pio loco, arbitrio Episcopi, ap-  
 „plicetur: si vero in delicto eodem,  
 „cum eadem, vel alia fœmina, perseve-  
 „rantes, secundæ monitioni adhuc non  
 „paruerint, non tantum fructus omnes,  
 „ac proventus suorum beneficiorum, &  
 „pensiones eo ipso amittant, qui præ-  
 „dictis locis applicentur, sed etiam a  
 „beneficiorum ipsorum administratione  
 „quoad Ordinarius, etiam uti Sedis  
 „Apostolicæ Delegatus, arbitrabitur,  
 „suspendantur, & si ita suspensi nihilo-  
 „minus eas non expellant, aut cum iis  
 „etiam versentur, tunc beneficiis, por-  
 „tionibus, ac officiis, & pensionibus  
 „quibuscunque Ecclesiasticis perpetuo  
 „priventur, atque inhabiles, ac indi-  
 „gni quibuscunque honoribus, dignita-  
 „tibus, beneficiis, ac officiis in poste-  
 „rum reddantur, donec post manifestam  
 vitæ emendationem ab eorum Superio-  
 „ribus,

„ribus cum iis ex causa visum fuerit Sæcul. XVI.  
„dispensandum. Sed si, postquam eas A.C. 1563.  
„semel dimiserint, intermissum consor-  
„tium repetere, aut alias hujusmodi  
„scandalosas mulieres sibi adjungere  
„ausi fuerint, præter prædictas pœnas,  
„excommunicationis gladio plectantur:  
„nec quævis appellatio, aut exemptio  
„prædictam executionem impedit, aut  
„suspendat, supradictorumque omnium  
„cognitio non ad Archidiaconos, nec  
„Decanos, aut alios inferiores, sed ad  
„Episcopos ipsos pertineat, qui sine  
„strepitu, & figura judicii, & sola facti  
„veritate inspecta, procedere possint:  
„Clerici vero beneficia Ecclesiastica,  
„aut pensiones non habentes, juxta  
„delicti, & contumaciæ perseverantiam,  
„& qualitatem ab ipso Episcopo carce-  
„ris pœna, suspensione ab ordine, ac  
„inabilitate ad beneficia obtainenda,  
„aliisve modis juxta sacros Canones  
„puniantur: Episcopi quoque, quod ab-  
„sist, si ab hujusmodi crimine non ab-  
„stinuerint, & a Synodo provinciali ad-  
„moniti se non emendaverint, ipso fa-  
„cto sint suspensi, & si perseverent, etiam  
„ad Sanctissimum Romanum Pontifi-  
„cem ab eadem Synodo deferantur;  
„qui pro qualitate culpæ, etiam per  
„privationem, si opus erit, in eos anim-  
„advertat,

## §. LXXXVII.

